


M. Tullius Cicero

In L. Catilinam oratio prima habita in senatu



1 Quo usque¹ tandem² abutere³, Catilina, patientia nostra? Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet⁴? Quem ad finem sese effrenata⁵ iactabit⁶ audacia? Nihil⁷ ne te nocturnum praesidium

3 Palatii⁸, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum⁹ omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus¹⁰, nihil horum ora vultusque moverunt? Patere tua consilia non sentis? Constrictam¹¹ iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides?

6 Quid proxima¹², quid superiore¹³ nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?

9 2 O tempora, o mores! Senatus haec intellegit, consul videt; hic tamen vivit. Vivit? Immo vero¹⁴ etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat¹⁵ et designat oculis ad caedem unumquemque nostrum. Nos autem, fortes viri, satis facere rei publicae videmur, si istius

12 furorem ac tela¹⁶ vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat¹⁷, in te conferri pestem¹⁸, quam tu in nos omnes iam diu machinaris¹⁹.

15 3 An vero vir amplissimus²⁰ P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem²¹ statum rei publicae privatus interfecit: Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? Nam illa²² nimis antiqua praetereo, 18 quod²³que C. Servilius Ahala Sp. Maelium novis rebus studentem manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam²⁴ in hac re publica virtus, ut²⁵ viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coercent. Habemus senatus consultum²⁶ in te, Catilina, vehemens

¹ quo usque = usque quo

² tandem - hier : denn eigentlich

³ abutere = abuteris (Fut.)

⁴ eludere = illudere

⁵ effrenatus, -a, -um - zügellos

⁶ se iactare - sich brüsten

⁷ nihil - hier: in keiner Weise; gar nicht

⁸ Palatium, -i n. - Palatin (ein Hügel Roms)

⁹ boni - hier: Patrioten

¹⁰ die Senatssitzung fand im Tempel des Iuppiter Stator statt

¹¹ constrictum teneri - unter Kontrolle sein (constringere - fesseln)

¹² proximus, -a, -um - hier: letzter; vergangener

¹³ superior, -ius - hier: vorletzter

¹⁴ immo vero - ganz im Gegenteil; schlimmer noch

¹⁵ notare - bestimmen

¹⁶ telum, -i n. - Geschoss; Waffe; hier: Anschlag

¹⁷ oportebat : mit dem Konjunktiv übersetzen

¹⁸ pestis, -is f. - Unheil; Unglück

¹⁹ machinari - im Schilder führen; planen

²⁰ amplius, -a, -um - bedeutend

²¹ labefacere - erschüttern; ins Wanken bringen

²² ergänze 'exempla'

²³ quod - hier: dass (z.B.)

²⁴ quondam - einst

²⁵ ut (explicativum) - dass (nämlich)

²⁶ gemeint: videant consules, ne quid res publica detrimenti capiat

et grave; non deest rei publicae consilium¹ neque auctoritas huius ordinis; nos, nos, dico aperte, consules desumus².

3

4 Decrevit quondam³ senatus, uti L. Opimius consul videret, ne quid res publica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit: interfectus est propter quasdam seditionum⁴ suspiciones C.
 6 Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus; occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus est permissa⁵ res publica; num unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis et C. Servilium praetorem mors ac rei publicae poena
 9 remorata⁶ est? At vero nos vicesimum iam diem patimur hebescere⁷ aciem horum auctoritatis. Habemus enim eius modi senatus consultum, verum inclusum in tabulis tamquam in vagina⁸ reconditum⁹, quo ex senatus consulto confestim¹⁰ te interfectum esse, Catilina, convenit¹¹. Vivis,
 12 et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres conscripti, me esse clementem, cupio in tantis rei publicae periculis me non dissolutum¹² videri, sed iam me ipse inertiae¹³ nequitiae¹⁴ que condemno.

15

5 Castra sunt in Italia contra populum Romanum in Etruriae¹⁵ faucibus¹⁶ collocata; crescit in dies singulos hostium numerus; eorum autem castrorum imperatorem ducemque hostium intra moenia atque adeo in senatu videtis intestinam¹⁷ aliquam cotidie perniciem rei publicae molientem¹⁸. Si te iam¹⁹, Catilina, comprehendendi, si interfici iussero, credo, erit verendum mihi, ne non potius hoc omnes boni²⁰ serius²¹ a me quam quisquam crudelius factum esse dicat.
 21 Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor, ut faciam. Tum denique interficiere²², cum iam nemo¹ tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur².

¹ consilium, -i n. - hier: Entschlusskraft

² deesse - hier: es an sich fehlen lassen; versagen

³ im Jahre 121 machte C. Gracchus seine Sozialreformpläne bekannt

⁴ seditio, -onis f. - (politische) Unruhe; Aufstand

⁵ permettere - hier: anvertrauen

⁶ remorari - auf sich warten lassen

⁷ hebescere - stumpf werden

⁸ vagina, -ae f. - (Schwert) Scheide

⁹ recondere, -o, -didi, -ditum - verbergen

¹⁰ confestim (Adv.) - sofort

¹¹ convenit - hier: es hätte sich gehört

¹² dissolutus, -a, -um - fahrlässig; leichtsinnig

¹³ inertia, -ae f. - Faulheit

¹⁴ nequitia, -ae f. - Nichtsnutzigkeit

¹⁵ Etruria, -ae f. - Etrurien (hier: bei Faesulae ≈ Fiesole)

¹⁶ fauces, -ium f. - enge Schluchten

¹⁷ intestinus, -a, -um - im Innern

¹⁸ moliri - hier: (er)sinnen; überlegen

¹⁹ iam - hier: schon jetzt

²⁰ ergänze : 'dicant'

²¹ serus, -a, -um - spät

²² interficiere = interficieris

6 Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives, et vives ita, ut nunc vivis, multis meis
 3 et firmis praesidiis obsessus³, ne commovere te contra rem publicam possis. Multorum te etiam
 oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.
 Etenim⁴ quid est, Catilina, quod iam amplius exspectes, si neque nox tenebris obscurare⁵ coetus⁶
 6 nefarios nec privata domus parietibus⁷ continere voces coniurationis tuae potest, si illustrantur, si
 erumpunt omnia? Muta⁸ iam istam mentem, mihi crede, obliviscere caedis atque incendiorum;
 teneris undique; luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quae iam mecum licet⁹
 9 recognoscas¹⁰.

7 Meministine, me ante diem XII Kalendas Novembres dicere in senatu fore in armis certo die,
 12 qui dies futurus esset ante diem VI Kalendas Novembres, C. Manlium, audaciae satellitem¹¹
 atque administrum¹² tuae? Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox tamque
 incredibilis, verum¹³, id quod multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in senatu
 15 caudem te optimatum contulisse¹⁴ in ante diem V Kalendas Novembres, tum cum multi
 principes civitatis Roma non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum
 causa profugerunt. Num infitiari¹⁵ potes te illo ipso die meis praesidiis, mea diligentia
 18 circumclusum commovere te contra rem publicam non potuisse, cum tu discessu ceterorum
 nostra tamen, qui¹⁶ remansissemus, caede contentum te esse dicebas?

21 8 Quid? Cum te Praeneste Kalendis ipsis Novembribus occupaturum nocturno impetu esse
 confideres, sensistine illam coloniam¹⁷ meo iussu meis praesidiis, custodiis, vigiliis esse
 munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod non ego non modo audiam, sed etiam
 24 videam planeque.

Recognosce mecum tandem noctem illam superiorem: iam intelleges, multo me vigilare acrius
 ad salutem quam te ad perniciem rei publicae. Dico te priore nocte venisse inter falcarios¹⁸, non

¹ iam nemo - niemand mehr

² fateri, fateor, fassus sum - gestehen; zugeben

³ obsessus, -a, -um - hier: beobachtet; überwacht

⁴ etenim - hier: denn

⁵ obscurare - verdunkeln

⁶ coetus, -us m. - Zusammenkunft; Zusammentreffen

⁷ paries, -etis f. - Wand

⁸ mutare - ändern; wechseln

⁹ licet - hier: bitte (statt eines Imperativs)

¹⁰ regognoscere - wiedererkennen; im Geiste durchgehen

¹¹ satelles, -itis m. - Gefolgsmann; Spießgeselle

¹² administer, -tri m. - Helfershelfer

¹³ verum - hier: sondern auch nur

¹⁴ caudem conferre in - die Ermordung festsetzen auf

¹⁵ infitiari - leugnen; abstreiten

¹⁶ das Beziehungswort steckt im weiten Sinne in 'nostra'

¹⁷ colonia, -ae f. - Niederlassung; Siedlung

¹⁸ falcarius, -i m. - Sichelmacher inter falcarios - in der Sichelmachergasse

agam obscure¹ in M. Laecae domum; convenisse eodem complures eiusdem amentiae² scelerisque socios. Num negare audes? Quid taces? Convincam³, si negas. Video enim esse hic
3 in senatu quosdam, qui tecum una fuerunt.

9 O di immortales! Ubinam⁴ gentium sumus? In qua urbe vivimus? Quam rem publicam
6 habemus? Hic, hic sunt in nostro numero, patres conscripti, in hoc orbis terrae sanctissimo
gravissimoque consilio, qui de nostro omnium interitu, qui de huius urbis atque adeo de orbis
9 terrarum exitio⁵ cogitent! Hos ego video consul et de re publica sententiam rogo, et quos ferro
trucidari⁶ oportebat, eos nondum voce vulnero.

Fuisti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina, distribuisti partes Italiae, statuisti, quo⁷ quemque
proficiisci placeret, delegisti, quos Romae relinqueres, quos tecum educeres, discripsisti⁸ urbis
12 partes ad incendia, confirmasti te ipsum iam esse exiturum, dixisti paulum tibi esse etiam nunc
morae, quod ego viverem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent et se illa
ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lecto interfecturos esse pollicerentur.
15

10 Haec ego omnia, vixdum⁹ etiam coetu vestro dimisso, comperi; domum meam maioribus
praesidiis munivi atque firmavi; exclusi eos, quos tu ad me salutatum¹⁰ mane miseras, cum illi
18 ipsi venissent, quos ego iam multis ac summis viris ad me id¹¹ temporis venturos esse
praedixeram.

Quae cum ita sint, Catilina, perge, quo coepisti; egredere aliquando ex urbe; patent portae,
21 proficiscere. Nimum¹² diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant. Educ tecum etiam
omnes tuos, si minus¹³, quam plurimos, purga urbem. Magno me metu liberabis, modo¹⁴ inter me
atque te murus intersit. Nobiscum versari iam diutius non potes; non feram, non patiar, non
24 sinam.

11 Magna dis immortalibus habenda est atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimo custodi huius
27 urbis, gratia, quod hanc tam taetram¹⁵, tam horribilem tamque infestam rei publicae pestem¹⁶

¹ obscurus, -a, -um - dunkel

² amentia, -ae f. - Wahnsinn (ohne Verstand)

³ convincere - einer Schuld überführen; beweisen

⁴ ubinam gentium - wo on aller Welt

⁵ exitium, -i n. - Ende; Untergang

⁶ trucidare - töten; niederstechen

⁷ quo - wohin

⁸ describere - einteilen; ordnen

⁹ vixdum etiam - kaum eben; kurz nach

¹⁰ saltutaum (Suppinum I) - zur Begrüßung

¹¹ id temporis - zu dieser Zeit

¹² nimium - allzusehr

¹³ si minus - hier: (oder doch) wenigstens

¹⁴ modo = dummodo - wenn nur

¹⁵ taeter, -tra, -trum - scheußlich; häßlich

¹⁶ pestis, -is m. - hier: Scheusal

totiens iam effugimus. Non est saepius in uno homine summa salus periclitanda¹ rei pub!icae. Quam diu mihi consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio, sed privata
 3 diligentia defendi? Cum proximis comitiis² consularibus me consulem in campo et competitores³ tuos interficere voluisti, compressi⁴ conatus tuos nefarios amicorum praesidio et copiis, nullo tumultu publice concitato⁵; denique, quotienscumque me petisti⁶, per me⁷ tibi obstiti, quamquam
 6 videbam perniciem meam cum magna calamitate rei publicae esse coniunctam.

12 Nunc iam aperte rem publicam universam petis; templa deorum immortalium, tecta urbis,
 9 vitam omnium civium, Italiam totam ad exitium et vastitatem vocas.
 Quare, quoniam id, quod est primum⁸, et quod huius⁹ imperii disciplinaeque maiorum proprium¹⁰
 est, facere nondum audeo, faciam id, quod est ad severitatem lenius, ad communem salutem
 12 utilius. Nam si te interfici iussero, residebit in re publica reliqua coniuratorum manus; sin tu,
 quod te iam dudum¹¹ hortor, exieris, exhaustetur¹² ex urbe turoum comitium magna et perniciosa
 sentina¹³ rei publicae.

15 13 Quid est, Catilina? Num dubitas id me imperante facere, quod iam tua sponte¹⁴ faciebas?

Exire ex urbe iubet consul hostem. Interrogas me: num in exsilium? Non iubeo, sed, si me
 18 consulis, suadeo.

Quid est enim, Catilina, quod te iam in hac urbe delectare possit? In qua nemo est extra istam
 coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo, qui non oderit. Quae nota¹⁵
 21 domesticae turpitudinis non inusta¹⁶ vitae tuae est? Quae libido ab oculis, quod facinus non
 haeret¹⁷ infamiae? Quae libido ab oculis, quod facinus a manibus umquam tuis, quod flagitium¹⁸

¹ periclitari - auf's Spiel setzen

² comitia consularia - Konsulatswahlen

³ competitor, -oris m. - Mitbewerber

⁴ comprimere, -o, -compressi, compressum - verhindern; vereiteln

⁵ concitare - erregen

⁶ petere - hier: losgehen auf

⁷ per me - hier: aus eigener Kraft

⁸ primum - hier: das näherliegende

⁹ gemeint ist die Befehlsgewalt des Konsuls im Ausnahmezustand

¹⁰ proprius, -a, -um - eigen; eigentlich

¹¹ dudum - vor kurzem; (schon) längst

¹² exhaustire - hinausspülen; - schwemmen

¹³ sentina, -ae f. - Kielwasser; Abschaum

¹⁴ tua sponte - aus eigenem Antrieb

¹⁵ notum , - n. - Zeichen; Stempel

¹⁶ inurere, -o, inussi, inustum - einbrennen

¹⁷ haerere - (an)hängen; kleben

¹⁸ beachte hier: scelus - Verbrechen / facinus - Untat / flagitium - Schandtat

a toto corpore afuit? Cui tu adulescentulo, quem corruptelarum¹ illecebris² irretisses³, non aut ad audaciam ferrum aut ad libidinem facem⁴ praetulisti?

3

14 Quid vero? Nuper cum morte superioris uxoris novis nuptiis⁵ domum⁶ vacuefecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti⁷? Quod ego praetermitto et facile patior sileri,

6

ne in hac civitate tanti facinoris immanitas⁸ aut exstisset aut non vindicata⁹ esse videatur.

Praetermitto ruinas¹⁰ fortunarum tuarum, quas omnes impendere¹¹ tibi proximis Idibus¹² senties; ad illa venio, quae non ad privatam ignominiam¹³ vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam

9

difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam rem publicam atque ad omnium nostrum vitam saltutemque pertinent.

12

15 Potestne tibi haec lux, Catilina, aut huius caeli spiritus¹⁴ esse iucundus, cum scias esse horum neminem, qui nesciat te pridie Kalendas Ianuarias Lepido et Tullo consulibus stetisse in comitio cum telo, manum consulum et principum civitatis interficiendorum causa paravisse, sceleri ac furori tuo non mentem¹⁵ aliquam aut timorem tuum, sed fortunam populi Romani obstitisse? Ac iam illa omitto neque enim sunt aut obscura aut non multa commissa postea; quotiens tu me designatum,

18

quotiens vero consulem interficere conatus es! Quot ego tuas petitiones¹⁶ ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione¹⁷ et, ut aiunt, corpore effugi! Nihil agis, nihil adsequeris, neque tamen conari ac velle desistis.

21

16 Quotiens iam tibi extorta¹⁸ est ista sica¹⁹ de manibus, quotiens excidit casu aliquo et elapsa²⁰ est! Tamen ea carere diem unum non potes. Quae quidem quibus abs te initiata¹ sacris ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas esse in consulis corpore defigere².

¹ corruptela, -ae f. - sittliche Verderbenheit

² illecebra, -ae f. - Verführungskunst; Verlockung

³ irretire, -io, -vi - umgarnen; verwickeln

⁴ fax, facis f. - Fackel

⁵ nuptiae, -arum f. - Hochzeit

⁶ vacuefacere - leeren; freimachen

⁷ cumulare - aufhäufen; übertrumpfen

⁸ immanitas, -tatis f. - hier: Rohheit; Abscheulichkeit

⁹ vindicare - hier: bestrafen

¹⁰ ruinae fortunarum - hier: völliger Bankrott

¹¹ impendere - hier: drohen; bevorstehen

¹² die Iden waren die Termine für Zinszahlungen und Kündigungen von Krediten

¹³ ignominia, -ae f. - Schande

¹⁴ caeli spiritus - hier: die Luft dieser Gegend; Atmosphäre

¹⁵ mens, mentis f. - Besinnung; Einsicht

¹⁶ petitionem conicere - einen Stoßangriff vortragen (Fechtersprache)

¹⁷ declinatio, -onis f. - Wende; Finte (Fechtersprache)

¹⁸ extorquere, -eo, extorsi, extortum - herausdrehen

¹⁹ sica, -ae f. - Dolch

²⁰ elabi, elabor, elapsus sum - entgleiten

Nunc vero quae tua est vita? Sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo
debeo, sed ut misericordia, quae tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum: quis te ex hac
3 tanta frequentia³, tot ex tuis amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam
contigit⁴ nemini, vocis exspectas contumeliam⁵, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis⁶
oppressus? Quid? Quod adventu tuo ista subsellia⁷ vacuefacta sunt, quod omnes consulares, qui
6 tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque⁸ adsedisti, partem istam subselliorum
nudam atque inanem reliquerunt, quo tandem animo tibi ferendum putas?

9 17 Servi mehercule⁹ mei si me isto pacto¹⁰ metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum
meam relinquendam putarem; tu tibi urbem non arbitraris? Et si me meis civibus iniuria
suspectum tam graviter atque offensum viderem, carere me adspectu civium, quam infestis
12 omnium oculis conspici mallem; tu, cum conscientia¹¹ scelerum tuorum agnoscas odium omnium
iustum et iam diu tibi debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eorum adspectum
praesentiamque vitare? Si te parentes timerent atque odissent tui neque eos ratione¹² ulla
15 placare¹³ posses, ut opinor, ab
eorum oculis aliquo concederes. Nunc te patria, quae communis est parens omnium nostrum,
odit ac metuit et iam diu nihil te iudicat nisi de parricidio¹⁴ suo cogitare; huius tu neque
18 auctoritatem verebere nec iudicium sequere nec vim pertimesces¹⁵?

18 Quae tecum, Catilina, sic agit et quodam modo tacita loquitur:
21 'Nullum iam aliquot¹⁶ annis facinus exstitit nisi per te, nullum flagitium sine te; tibi uni
multorum civium neces, tibi vexatio¹⁷ direptio¹⁸ que sociorum impunita fuit ac libera; tu non
solum ad neglegendas leges et quaestiones¹⁹, verum etiam ad evertendas²⁰ perfrigendas²¹ que

¹ sacris initiare ac devovere - in einen Kult einweihen und bei den Göttern des Todes geloben

² defigere - hier: stoßen

³ frequentia, -ae f. - Schar

⁴ contingere, contigit, contigit - zuteil werden

⁵ contumelia vocis - Mißbilligung

⁶ taciturnitas, -tatis f. - Schweigen

⁷ subsellium, -i n. - Sessel; Sitzbank

⁸ simul atque - zugleich als

⁹ mehercule - bei Herkules; bei Gott; wahrhaftig

¹⁰ isto pacto = isto modo

¹¹ conscientia, -ae f. - (Mit)Wissen

¹² ulla ratione = ullo modo

¹³ placare - besänftigen

¹⁴ parricidium, -i n. - Ermordung von Vater und/oder Mutter

¹⁵ pertimescere - in Furcht geraten

¹⁶ aliquot annis - seit (einigen) Jahren

¹⁷ vexatio, -onis f. - Bedrückung; Unterdrückung

¹⁸ direptio, -onis f. - Plünderung

¹⁹ quaestio. -onis f. - gerichtliche Untersuchung

²⁰ everttere - verdrehen

²¹ perfringere - (durch)brechen

valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli; nunc vero me totam esse in metu propter unum te, quidquid¹ increpuerit, Catilinam timeri, nullum videri contra me
3 consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat², non est ferendum. Quam ob rem discede atque hunc mihi timorem eripe, si est verus, ne opprimar, sin falsus, ut tandem aliquando timere
desinam.'

6

19 Haec si tecum, ita ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare³ debeat, etiamsi vim adhibere non possit? Quid⁴, quod tu te in custodiam⁵ dedisti? Quod vitandae suspicionis causa ad M. Lepidum
9 te habitare velle dixisti? A quo non receptus etiam ad me venire ausus es atque, ut domi meae te
adservarem⁶, rogasti. Cum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse isdem
parietibus tuto⁷ esse tecum, qui magno in periculo essem, quod isdem moenibus contineremur⁸,
12 ad Q. Metellum praetorem venisti. A quo repudiatus ad sodalem tuum, virum optimum, M.
Metellum demigrasti, quem tu videlicet⁹ et ad custodiendum diligentissimum et ad suspicandum
sagacissimum¹⁰ et ad vindicandum fortissimum fore putasti. Sed quam longe videtur a carcere
15 atque a vinculis abesse debere, qui se ipse iam dignum custodia iudicarit?

20 Quae cum ita sint, Catilina, dubitas, si emori aequo animo non potes, abire in alias terras et
18 vitam istam multis suppliciis iustis debitisque eruptam fugae solitudinique mandare?
'Refer¹¹', inquis, 'ad senatum'; Id enim postulas et, si hic ordo placere sibi decreverit te ire in
exsilium, obtemperaturum¹² te esse dicis. Non referam, id quod abhorret a meis moribus; et
21 tamen faciam, ut intellegas, quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina, libera rem
publicam metu, in exsilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere! Quid est? Ecquid¹³ attendis¹⁴,
ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid exspectas auctoritatem¹⁵
24 loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis?

21 At si hoc idem huic adulescenti optimo P. Sestio, si fortissimo viro M. Marcello dixisset,
27 iam¹⁶ mihi consuli hoc ipso in templo senatus iure optimo vim et manus intulisset. De te autem,
Catilina, cum quiescunt, probant, cum patiuntur, decernunt, cum tacent, clamant, neque hi solum,

¹ quidquid increpuerit - hier: bei dem kleinsten Geräusch

² abhorrere ab - frei sein von; nicht in Zusammenhang stehen mit

³ impetrare - erreichen; hier: Gehör finden

⁴ quid, quod - was ist davon zu halten, dass

⁵ custodia, -ae f. - hier: Hausarrest

⁶ adservare - in Gewahrsam nehmen

⁷ tuto esse - sich sicher fühlen

⁸ contineri - hier: sich aufhalten

⁹ videlicet - offensichtlich; selbstverständlich

¹⁰ sagax, -acus - scharfsinnig

¹¹ referre ad senatum - einen Antrag an den Senat stellen

¹² obtemperare - gehorchen

¹³ ecquid - etwa

¹⁴ attendere - aufpassen; merken

¹⁵ auctoritas, -tatis f. - hier: Beschluss

¹⁶ iam - hier: sofort; augenblicklich

quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima¹, sed etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui circumstant senatum, quorum tu et
 3 frequentiam videre et studia perspicere et voces paulo ante exaudire potuisti. Quorum ego vix
 abs te iam diu manus ac tela contineo, eosdem facile adducam, ut te haec, quae vastare iam
 pridem studes, reliquentem usque ad portas prosequantur.

6

22 Quamquam² quid loquor? Te ut ulla res frangat? Tu ut umquam te corrigas? Tu ut ullam fugam meditere? Tu ut ullum exsilio cogites? Utinam tibi istam mentem di immortales duint³!
 9 Tametsi⁴ video, si mea voce perterritus ire in exsiliū animū induxeris⁵, quanta tempestas⁶
 invidiae⁷ nobis, si minus in praesens tempus, recenti⁸ memoria scelerum tuorum, at in
 posteritatem impendeat. Sed est tanti⁹, dum modo tua ista sit privata calamitas et a rei publicae
 12 periculis seiungatur¹⁰. Sed tu ut vitiis tuis commoveare, ut legum poenas pertimescas, ut
 temporibus¹¹ rei publicae cedas, non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor
 umquam a turpitudine aut metus a periculo aut ratio, a furore revocarit.

15

23 Quam ob rem, ut saepe iam dixi, proficiscere ac, si mihi inimico, ut praedicas, tuo conflare¹²
 vis invidiam, recta perge in exsiliū; vix feram sermones hominum, si id feceris, vix molem¹³
 18 istius invidiae, si exsiliū iussu consulis ieris, sustinebo. Sin autem servire meae laudi et gloriae
 mavis, egredere cum importuna¹⁴ sceleratorum manu, confer te ad Manlium, concita perditos
 cives, secerne te a bonis, infer patriae bellum, exulta impio latrocinio, ut a me non electus ad
 21 alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris.

24

24 Quamquam quid ego te invitem, a quo iam sciam esse praemissos, qui tibi ad Forum
 Aurelium praestolarentur¹⁵ armati, cui sciam pactam¹⁶ et constitutam cum Manlio diem, a quo
 etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosa ac funestam¹⁷
 futuram, cui domi tuae sacrarium¹⁸ scelerum constitutum fuit, sciam esse praemissam? Tu ut¹ illa

¹ *vilos, -is -e - billig; wertlos*

² *quamquam - hier: indessen; aber*

³ *duint = dent*

⁴ *tametsi - hier: aber; freilich*

⁵ *animū inducere - sich entschließen*

⁶ *tempestas, -tatis f. - hier: Ansturm; Flut*

⁷ *invidia, -ae f. - hier: Anfeindung*

⁸ *recens, -entis - frisch*

⁹ *est tanti - es ist mir soviel wert*

¹⁰ *seiungere - trennen*

¹¹ *tempribus cedere - auf die (schlechte/schlimme) Situation Rücksicht nehmen*

¹² *conflare invidiam - Hass entfachen*

¹³ *molis, -is f. - Last*

¹⁴ *importunus, -a, -um - hier: rücksichtlos*

¹⁵ *praestolari - warten*

¹⁶ *pangere, -o, pepigi, pactum - vereinbaren*

¹⁷ *funestus, -a, -um - gefährlich; den Tod bringend*

¹⁸ *sacrarium, -i n. - Kapelle*

illa carere diutius possis, quam venerari² ad caedem proficiscens solebas, a cuius altaribus³ saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti⁴?

3

25 Ibis tandem aliquando, quo te iam pridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat; neque enim tibi haec res adfert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te
6 amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Numquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti⁵. Nactus⁶ es ex perditis atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis⁷ conflatam⁸ improborum manum.

9

26 Hic tu qua laetitia perfruere⁹, quibus gaudiis exsultabis, quanta in voluptate bacchabere¹⁰, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis! Ad huius
12 vitae studium¹¹ meditati¹² illi sunt, qui feruntur¹³, labores tui, iacere¹⁴ humi non solum ad obsidendum¹⁵ stuprum, verum etiam ad facinus obeundum, vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis¹⁶ otiosorum¹⁷. Habes¹⁸, ubi ostentes tuam illam paeclarlam
15 patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum esse senties.

18

27 Tantum profeci, cum te a consulatu reppuli, ut exsul potius temptare quam consul vexare rem publicam posses, atque ut id, quod esset a te scelerate susceptum, latrocinium potius quam bellum nominaretur.

21

Nunc, ut a me, patres conscripti, quandam prope iustum patriae querimoniam¹⁹ detester²⁰ ac deprecer²¹, percipite, quaeso, diligenter, quae dicam, et ea penitus²² animis vestris mentibusque

¹ ut - hier: wie (es liegt ein Potentialis vor)

² venerari - verehren; anbeten

³ altaria, -ium n. - Altar

⁴ transferre ad - wenden zu; übertragen auf

⁵ concupiscere - sehnlichst wünschen

⁶ nancisci, -or, nactus sum - erreichen

⁷ derelinquere - völlig verlassen

⁸ conflare - zusammenblasen; hier: zusammenwürfeln

⁹ perfrui, -or, frustus sum (m. Abl.) - genießen

¹⁰ bacchari - schwärmen; schwelgen

¹¹ vitae studium - Lebensführung

¹² meditiari ad - ausgerichtet werden auf; geschult werden zu

¹³ qui feruntur - hier: von denen man sagt

¹⁴ 'iacere' und das folgende 'vigilare' bezeichnen die 'labores'

¹⁵ obsidere stuprum- auf ein sexuelles Abenteuer lauern

¹⁶ bona, -orum n. - Hab und Gut

¹⁷ otiosus, -a, -um - hier: friedlich

¹⁸ habes, ubi - du hast eine Gelegenheit, wo

¹⁹ querimonmia, -ae f. - Klage

²⁰ detestari - unter Zeugen zurückweisen

²¹ deprecari - sich verbitten

²² penitus (Adv.) - ganz und gar; völlig

mandate. Etenim¹, si mecum patria, quae mihi vita mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis res publica sic loquatur:

3 'M. Tulli, quid agis? Tune eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides,
quem exspectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem
coniurationis, evocatorem² servorum et civium perditorum, exire patiere, ut abs te non emissus
6 ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi³,
non summo suppicio mactari imperabis?

28 Quid tandem te impedit? Mosne maiorum? At persaepe etiam privati in hac re publica
9 perniciosos cives morte multarunt⁴. An leges, quae de civium Romanorum suppicio rogatae⁵
sunt? At numquam in hac urbe, qui a re publica defecerunt⁶, civium iura tenuerunt. An invidiam
12 posteritatis times? Praeclaram vero populo Romano refers gratiam, qui te, hominem per te
cognitum, nulla commendatione⁷ maiorum, tam mature ad summum imperium per omnes
honorum gradus extulit, si porpter invidiae aut alicius periculi metum salutem civium tuorum
neglegis.

15 29 Sed si quis est invidiae metus, num est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia quam
inertiae ac nequitiae pertimescenda. An, cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta
18 ardebunt, tum te non existimas invidiae incendio conflagraturum⁸?'
His ego sanctissimis rei publicae vocibus et eorum hominum, qui hoc idem sentiunt, mentibus⁹

pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu¹⁰ iudicarem, patres conscripti, Catilinam morte
21 multari, unius usuram¹¹ horae gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Etenim si summi viri et
clarissimi cives Saturnini et Gracchorum et Flacci et superiorum complurium sanguine non
modo se non contaminarunt¹², sed etiam honestarunt, certe verendum mihi non erat, ne quid hoc
24 parricida¹³ civium imperfecto invidiae in posteritatem redundaret¹⁴. Quodsi ea mihi maxime
impenderet, tamen hoc animo fui semper, ut invidiam virtute partam gloriam, non invidiam
putarem.

27

¹ etenim - hier: und in der Tat

² evocator, -oris m. - Aufwiegler

³ ad mortem rapere - schnell zur Hinrichtung (fort)schaffen

⁴ multare - bestrafen

⁵ legem rogare - ein Gesetz beantragen

⁶ deficere a - untreu werden; abfallen von

⁷ commendatio, -onis f. - Empfehlung

⁸ conflagare - verbrennen (intransitiv)

⁹ mentes, -ium f. - hier: Gedanken

¹⁰ factu (Suppinum II) - zu tun

¹¹ usura, -ae f. - Gebrauch; hier: Schonfrist

¹² contaminare - beflecken; entehren

¹³ parricida, -ae m./f. - Mörder

¹⁴ redundare - sich (im Übermaß) ergießen

30 Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quae imminent, non videant, aut ea, quae vident, dissimulent¹. Qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt² coniurationemque

3 nascentem non credendo corroboraverunt³; quorum auctoritate multi, non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter et regie⁴ factum esse dicerent. Nunc intellego, si iste, quo intendit⁵, in Manliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non

6 videat coniurationem esse factam, neminem tam improbum, qui non fateatur.

Hoc autem uno imperfecto intellego hanc rei publicae pestem paulisper⁶ reprimi, non in perpetuum comprimi⁷ posse. Quodsi sese eiecerit secumque suos eduxerit et eodem ceteros 9 undique collectos naufragos⁸ aggregarit⁹, extinguetur¹⁰ atque delebitur non modo haec tam adulta¹¹ rei publicae pestis, verum etiam stirps¹² ac semen¹³ malorum omnium.

12 31 Etenim iam diu, patres conscripti, in his periculis coniurationis insidiisque versamur, sed nescio¹⁴ quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas¹⁵ in nostri consulatus tempus erupit¹⁶. Hic si ex tanto latrocinio iste unus tolletur, videbimus fortasse ad 15 breve quoddam tempus cura et metu esse relevati¹⁷, periculum autem residebit et erit inclusum penitus in venis¹⁸ atque in visceribus¹⁹ rei publicae. Ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrique iactantur, si aquam gelidam²⁰ biberunt, primo relevari videntur, deinde multo 18 gravius vehementiusque adflictantur²¹, sic hic morbus, qui est in re publica, relevatus istius poena vehementius reliquis vivis ingravescet²².

21 32 Quare secedant improbi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur²³, muro denique, quod saepe iam dixi, secernantur a nobis; desinat insidiari domi suaे consuli, circumstare

¹ dissimulare - verheimlichen; leugnen

² alere, -o, alui - (er)nähren

³ corroborare - (be)stärken

⁴ regius, -a, -um - hier: tyrannisch

⁵ intendere, -o, intendi, intentum - hier. seine Richtung nehmen

⁶ paulisper - (nur) für eine kurze Zeit

⁷ comprimere - hier: beseitigen

⁸ naufragus, -a , -um - schiffbrüchig

⁹ aggregare - hinzugesellen; vereinigen; mitnehmen

¹⁰ extinguere - komplett ausrotten

¹¹ adultus, -a, -um - groß geworden; stark geworden

¹² stirps, -is f. - Wurzel

¹³ semen, -inis n. - Same

¹⁴ nescio quo pacto - ich weiß nicht wie; irgendwie

¹⁵ maturitas, -tatis f. - Reife; Höhepunkt

¹⁶ erumpere - hier: hereinbrechen

¹⁷ relevare - erleichtern

¹⁸ vena, -ae f. - Ader; Blut

¹⁹ viscera, -um n. - Fleisch

²⁰ gelidus, -a, -um - kalt

²¹ adflictare - hier: einen Rückfall erleiden

²² ingravescere - sich verschlimmern

²³ congregare - sich versammeln

tribunal¹ praetoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos² et faces ad inflammmandam urbem comparare. Sit denique inscriptum in fronte³ unius cuiusque, quid de re publica sentiat.

3 Polliceor hoc vobis, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consencionem, ut Catilinae profectio⁴ omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse
6 videatis.

33 Hisce⁵ ominibus, Catilina, cum summa rei publicae salute, cum tua peste ac pernicie cumque 9 eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidioque iunxerunt, proficisci ad impium bellum ac nefarium.

Tu, Iuppiter, qui isdem, quibus haec urbs, auspiciis a Romulo es constitutus, quem Statorem 12 huius urbis atque imperii vere nominamus, hunc et huius socios a tuis ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis et homines bonorum inimicos, hostes patriae, latrones Italiae scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos aeternis 15 suppliciis vivos mortuosque mactabis.

¹ tribunal, -is n. - Gerichtshof

² malleolus, -i m. - Brandpfeil

³ frons, -tis f. - Stirn

⁴ profectio, -onis f. - Abreise

⁵ -ce - hier

Verzeichnis der Eigennamen

M. Aemilius Lepidus: 66 Konsul; er billigt Ciceros Vorgehen gegen die Catilinarier.

L. Appuleius Saturninus: 103 und 100 Volkstribun. Er setzt mit Gewalt neues Getreidegesetz und Ackerverteilung - wie schon von den Gracchen versucht - für die Veteranen des Marius durch. 99 lässt er den Konsulatskandidaten. Marius erlässt das 'senatus consultum ultimum' und zieht gegen seine bisherigen Freunde. Saturninus wird am 10.12.100 getötet.

Aurelia via: Straße von Rom der Küste entlang nach Pisa und Genua. Benannt nach dem Censor von 241, A. Aurelius Cotta. An dieser Straße liegt südlich von Volci der kleine Ort **Forum Aurelium**.

M. Caecilius Metellus: Ein Mitverschwörer Catilinas.

Q. Caecilius Metellus Celer: 63 Praetor. Er schneidet Catilina den Rückzugsweg nach Oberitalien ab.

M. Claudius Marcellus: Er warnt 63 Cicero vor Catilina.

Cornelius Scipio Nasica Serapio: 138 Konsul. Gegner der Gracchen.

Etruria: Etwa die heutige Toscana mit den Hauptstädten Pisae, Florentia, Faesulae, Pistoria. Im 6. und 5. Jahrhundert in herrschender Stellung in Italien; die letzten römischen Könige waren Etrusker. In der Folgezeit wird die Bevölkerung romanisiert, ihre Sprache geht unter. Es bleibt ihr starker kultureller Einfluss auf Rom, vor allem in den politischen und religiösen Einrichtungen: lictores, fasces, sella curulis, die Purpurstreifen als Amtsabzeichen, die Eingeweideschau (haruspex) und die Vogelschau (auspicium) sind etruskischen Ursprungs.

M. Fulvius Flaccus: 125 Konsul, als Volkstribun (122) unterstützt er C. Gracchus und wird mit seinen beiden Söhnen erschlagen.

Iuppiter Stator: Sein Tempel lag an der Via Sacra östlich vom Forum am Fuß des Palatin.

Sp. Maelius: Nach der Sage ein reicher Plebejer, der 439 die Verfassung stürzen und König werden wollte und deshalb von dem Patrizier C. Servilius Ahala getötet wurde.

C. Manlius: Dient unter Sulla und gewinnt durch ihn große Reichtümer, die er aber wieder verliert. Er schließt sich Catilina an, sammelt ein Heer für ihn in Etrurien (**Manliana castra**) und fällt 62 bei Pistoria.

Marius: Der berühmte Feldherr und Staatsmann (157-96). Er schlägt die Kimbern und Teutonen 102/101

Opimius: Konsul 121. Führt an der Spitze der Nobilität den Vernichtungskampf gegen C. Sempronius Gracchus.

M. Porcius Laeca: Senator. Als Mitverschwörer Catilinas wird er 62 zum Tode verurteilt.

C. Sempronius Gracchus: Als Volkstribun von 123 und 122 sucht er gegen den Widerstand der Optimaten soziale und politische Reformen durchzusetzen. Trotz seiner staatsmännischen Fähigkeiten und seiner glänzenden Beredsamkeit scheitert er am Widerstand des Senats und wird 121 im Kampf von seinen Gegnern erschlagen.

Ti. Sempronius Gracchus: Älterer Bruder des C. Sempronius Gracchus, Volkstribun 133. Er erneuert das licinische Ackergesetz von 367, das gegen die Bildung von Latifundien gerichtet ist. Er wird 132 von den Optimaten mit 300 seiner Anhänger ermordet.

C. Servilius Ahala: Sp. Maelius.

C. Servilius Glaucia: Praetor 100, bewirbt sich um das Konsulat für 99. Mit L. Appuleius Saturninus ist er verantwortlich für den Tod des C. Memmius. Er wird am 10. Dez. 100 erschlagen.

P. Sestius: 63 Quaestor des Konsuls C. Antonius. Er kämpft mit Erfolg gegen die Catilinarier.

L. Valerius Flaccus: Konsul 100 zusammen mit Marius, der seine Wahl durchgesetzt hatte; er beantragt 82 Sullas Ernennung zum Diktator und wird sein Magister equitum.

L. Volcacius Tullus: Konsul 66. Er lässt Catilinas Bewerbung um das Konsulat für 65 nicht zu und verhindert den Ausbruch der sogenannten ersten catilinarischen Verschwörung.